



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. Quantitas Daniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Duché de Curland. { Godlinga: *Godlingen*, vbi aliquando commoratur Dux Curlandiæ, creditur primaria Ducatus ad Fl. *Vindouu*.

SEMI-GALLIA { MITAVIA: *Mitauu*, aut *Mitouu*, vbi ferè degit Dux Curlandiæ in loco irriguo condita.

Semi-gallen. { Solemburgum: *Solembourg*, arx & præfectura.
Doblinum: *Doblen*, castrum perelegans.

C A P V T V I I.

Regnum Danicum.

FX duobus regnis conflatum est Danico & Noruegico, quæ quando firmitus coaluerint supra docuimus. Cùm ergo sub Christiano primo Sueci defecissent, & in rebellionis communionem Noruegi venissent, postea pollicitationibus huius Christiani hi reuocati sunt, & exinde in fide perstiterunt, atque eorum ope Rex Daniæ vindicauit sibi, aut detexit Insulas, de quibus postmodum in Noruegiâ agemus.

§. I. *Dania in genere*, le Dannemark.

N V M. I. *Nomen.*

NOMEN credunt omnes à Dano primo Danorum Rege deductum, ideóque dictam *Danmarchiam*, quasi *Terram Dani*. Philippus tamen Cluuerius, vt supra in veteri Scandia notauimus, hoc nomen primò deducit à voce *Theuth*, quæ Deum sonat, & postea à Saxonibus *God*, vnde qui antea *Theutoni* dicti Godani, ex quo primâ syllabâ expunctâ Dani dicti sunt. Alij à voce *Daneman*, quæ dictio viros aquosos significat, à voce *Aha*, quæ illis est fluius.

N V M. 2. *Quantitas.*

QUANTITAS Daniæ non satis commodè proferri potest. Quia multas Insulas complectitur, & continens crebris æstuariis lacinatur, si tamen ex cælo terræ mensura colligi potest, eius *latitudo* Geographica desumitur à gradu 54. ad 57. cum dimidio, ac proin-